



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Antonius De Padua C. 13. Iunij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

fluvium jubet præcipitari. Enatanti saxum jubet  
appendi ingens, iterumque mergi. Sed vel mor-  
tui virtus supra aquas se extulit, docuitque etiam  
saxa natare. Tumulum deinde primum ignoto  
Arrianenses dederunt, unaque PEREGRINI no-  
men. Illum facibus suis cælum nobilitavit; quod  
ipsum miraculum testis, & ipse miraculosus (cæcus)  
vidit. Ex Ferrar.

*Si æterni Patris inhabitare domum, si rei cele-  
stis parricidij teneri nolumus, terris inuidia exclu-  
damus insidias: inuidiam armorum celestium viri-  
bus comprimamus. quia sicut nos Deo jungit chari-  
tas, sic à Deo inuidia se jungit. S. Chrysol. serm. 4.*

S. ANTONIUS DE PADVA C.  
13. Iunij.

**A**NTONIUS, quem vulgo Patavinum dicunt,  
S. Francisci discipulus, suis ad concionem  
verbis à flagitosâ vitâ quamplurimos revocavit.  
Eam ob rem cum oculi dolerent inferno hosti,  
decumbentis in lectulum spiritum elidere fauci-  
bus interceptis aggressus est: sed ille unico Ma-  
RIA nomine simul viam loquela fecit, simul ini-  
diatorem in fugam dedit. Hæreticum, qui sacra  
Eucharistia cultum negaverat, ad saniorem men-  
tem & ipsum reduxit. Cum enim mulus impij à  
negato aliquam multis diebus, sed præbito de-  
muna laute pabulo, ad ANTONIVM vocatus accu-  
risset, sanctiusque epulum pronus in pedes ado-  
rasser, sapere à jumento suo etiam dominus didi-  
cit. Pro concione funebri lucronis cuiusdam  
palam edixit, illum æternis inferorum flammis  
addictum esse, ejusque adeò rei indicium fore co-  
illius non pectori, sed arcâ cum numinis suis clau-  
sum.

sum. Præter alia multa , quæ fecit admiratione dignissima , puerum demortuum vitæ reddidit , quo is parentem ANTONII de homicidio accusatum innocentem absolveret. Supremum ægrotantem CHRISTVS inviſit , obitum verò ejus per urbem fando infantes vulgarunt , quod minori cloquio,hoc majore virtutis præconio. Ex Surio.

Tota mentis affectu beatissima Virginis nos intercessionibus committamus , ejus patrocinia omni nisi imploremus ; ut dum supplici obsequio eam frequenter in terris , ipsa nos sedula prece commendare dignetur in celis. S. Aug.in F.Aff.B.V.hom.3.

## S. HELISEVS PROPHETA. 14. Iunij.

**P**rofuerit juventuti HELISEI Circenses lados spectare ; redeat inde modestior , & reverenter canæ ætatis. Bethelensis pueritiae grex calvitium sancti senis vernaculis jocis proscindebat. Eam dicacitatem ursi duo , quadragenis binis è toto numeto concerptis , castigarunt : ne ferulas tantum , sed & feras puerilis lascivia sibi metuendas existimet. Cætera illius viri prodigia quis memoret aquarum cursum stitit , amarorem correxit , oleum auxit , lepram detersit , infœcundis conjugibus prolem dedit , orbis reddidit ; gentis uæ insignes victorias , eidem fame laboranti gratuitam annonam præbuit. Illud æternâ memoriâ dignum , & identidem parum fidentibus Deo suggestendum. Obsessus à Syris , jamque pro desperato à familiari servulo defletus , paventem hoc promisso erexit : *Noli timere : plures enim nobiscum sunt , quam cum illis.* Trepidanti nihilominus oculos prece aperuit , & diffusa toto monte auxilia ignitasque acies ostentavit. Hostibus vicissim suis offusâ

N 3

oculis